

# LUDOVICI LANAE,

BRIXIENSIS I. C. CLARISSIMI,

EQUITISQ'VE AVRATI,

De testamentorum formulis,

ENCHIRIDION.

In quo testamenti nuncupatiui, & in scriptis, quod clausum appellant, adeò certissima norma traditur, ut quod anteà iuris nexu periculose erat, quin subvertatur, nunc proculdubio firmissimum existat.

*Opus quidem, &c si paruum, eruditione tamen &  
doctrina longè maximum, cunctis forum  
agentibus utile ac necessarium.*

Et nunc per ipsum Auctorem recognitum, & auctum.

Cum priuilegio Illusterrimi Senatus Veneti.



VENETIIS, Ex Officina Jordani Ziletti.

M D LXXIIIL

Coll. Soc. Iesu Salini. ex dono Regum.

# AD LECTOREM.



V-M superioribus annis de ardua, diffi-  
ciliq; quæstione consultus fuisem, in qua  
de viribus testamenti cuiusdam clausi va-  
liditate dubitabatur, cepi multishinc in-  
de visis, & consideratis; mecum cogitare,  
haud difficile esse nouam quædam for-  
mam excogitare, per quam supremæ hominum volun-  
tates, & tutam, & facilem viam consequerentur: rem qui  
dem per necessariam, & a nostris legum interpretibus  
nullibi pertractaram. Itaque paucorum dierum, & in-  
ter multis curas, cum extra patriam degerem, rem ip-  
sam in aliqualem tumultuariam quippe formam rede-  
gi: eo tamen animo, vt eam denuo, & intra domesticos  
parietes diligentius tractarem. Quam animi mei delibe-  
rationem, vel casus ipse, vel factum fregit. Nam cum  
opus amico cuidam legendum, ac inspiciendum com-  
modasse; casus tulit, vt ad Iordani Ziletti, viri dili-  
gentissimi, & mei alioquin studiosissimi, manus per-  
ueniret; qui publicæ potius utilitati, quam desiderio  
meo in hoc prospiciens, fœtus adhuc immaturum, typis  
anno superiore tradidit. Quod cum mox uulgo cir-  
cumferri animaduerterem, neque partum illum, vel ab-  
ortum potius vlo modo diffiteri possem, vietamque uo-  
luntatem meam cernerem: statui satius esse opus agno-  
scere, & quantum fieri potest expurgatum ad clariore*m*  
formam reducere, ac luculentius reddere. Quocirca  
additis multis, non nullis etiam resectis, Amice Lector,  
tua benignitate fretus in lucem exire permisi; ex quo  
magnum sane utilitatem tibi accessuram polliceri pos-  
sum.



VM MVLTA ac varia incommoda publice testanti occurrant, † de quibus per Ioan. Fab. in §. possunt. col. 3. Inst. de testa. & post Nicol. Boer. tradit Rol. a val. consl. 36. col. j. vol. i. quæ experientia comprobat, cum homines ut plurimum perterriti testari non audent, ne in eorum perniciem voluntas sua detegatur, & ob id vel potius intestati deceđūt: vel ut indies cōtingit in condendis eorum elogis extreum vitæ exitum expectant, quo sit ut mortis angustia anxij & turbati, plerumq; quid agant penitus ignorant, ut ait Imperator in l. hac cōsultissima §. at cum humana c. qui testa. fa. pos. vel sēpe sub cura, ac potestate vxoris aliorum ve cōsanguineorum constituti, dum testari cupiunt, voluntas eorum ac dispositio non utiq; libera sed coacta potius, atq; ab alieno prorsus arbitrio pendet, ut experientia optime demonstrat. Idcirco, ad communē omnium vsum; utq; publicæ utilitati succuratur, ne defunctorum voluntates cassæ & irritæ fiant, hominesq; prædictis difficultatibus commoti intestati deceđant, sed libere & ex suo arbitrio de rebus suis disponere tuto & secrete possint: non parum expedire duxi, si modum uerum, ac certam testandi secreto formam tam facilem & apertam, oculis omnium subiectam, ut unusquisq; etiam ignarus & simplex ex ea fructu & commodum percipere manifeste possit. Verum cum iam in hac materia testamenti nuncupatiui clausi, super facto consultus bis satis plene responderim: non ab re forc putaui si illa ēt pro comprobatione, & corroboratione totius materię, subiectienda & subordinanda curarem. Priusq; igitur ad cognitionem spālis formæ supra-